Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ipse enim nemine tentat. Unusquisque autem tentatur a concupiscentia sua. abstractus et illectus.
Deinde cum concupiscentia concepta parit peccatum.
Peccatum autem cum consumatum fuerit. generat mortem. Tu R/ In toto corde meo alleluia exclamante alleluia. Ne repellas me a mandatis tuis alleluia alleluia. V/ Inde humilitate mea et labore meum quia legem tuam non sum oblitus. Ne repel. Lauda.
Nolite igitur errare fratres mei dilectissimi.
Omne datum optimum. et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. apud quem non est transmutatio. nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie genuit nos verbo veritatis. ut simus initium aliquod creature ei. R/ Alleluia. Audiuimus eam in euphrata inueniemus eam in campis silue. Introibimus in tabernaculum eius adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius alleluia alleluia. V/ Surge domine in requiem tuam tu et arca sanctificationis tue. Introibi. Lauda.